Damnis Terrestribus simpliciter taxatis et edicendis. Et coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Branscensi in primo citationis Termino tanquam peremptorio peremptoria responsione ac satisfactione omnibus in universum iuris remedijs et defensis legalibusq impedimentis se et suos succores ubi abscribendo et abrenunciando

Hryniewicze Exemptio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscen. personaliter comparens Nobilis Ignacius olim Nicolai Hryniewiczki sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Paulus filius Chwiedor Hryniewiczki ex obligatione bonorum in haereditate Hryniewicze consisten. sibi per eum inscrta Triginta florenos polon. persolvit ideo ipsum quietat Inscriptionem cassat et de bonis exnunc condescendit.

Hryniewicze Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscen. personaliter comparens Nobilis Severinus olim Jaczko Hryniewiczki sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Sawka olim Joldym Hryniewiczki et ipsius posteris bonorum suorum immobilium in haereditate Hryniewicze sit. Quinque sulcos in area a meta Sakowicz ad metam Falkow tenden. inter metas sui recognoscentis et Sakowicz iacen. Item medium sulcum penes metam Falkow pro emissorio ad viam per villam tenden. cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinen. et pertinen. nullis exceptis pura mera sincera et irrevocabili donatione dedit donavit et irrevocabiliter perpetuis temporibus resignavit. Cui iam exnunc Intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Mtem et Mtes duos officiose acceptandam dat et admittit. Paceq tuitionem et Evictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento undiq quarumvis personarum propinquarum et remotarum per et ultra omnes praescriptiones Iures cavet. Sub Damnis Terrestribus simpliciter taxatis et edicendis. Et coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Branscensi in primo citationis Termino tanquam peremptorio peremptoria motione ac satisfactione omnibus in universum iuris remedijs et defensis legalibusq impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ubi abscribendo et abrenunciando.